

Quando est quis causa moralis damnum.

qui petit ab aliquo, vt secum ludat, qua occasione alius alienam pecuniam perdit, causa moralis talis iniustitiæ non est; licet si non petiisset, neque etiam alius perdidisset. Causa autem moralis dicitur cum illis concurrat modis, qui duobus illis carminibus continentur.

Inſiſto, Conſilium, Conſenſus, palſo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans. Pro quibus vide breuem, & dilucidam explicationem, apud P. Hurtadum ſupra diſſicult. 7. Nihil autem eorum in calu præſenti reperitur.

Negatiua non ita certa, vt oppoſita careat fundamentum.

45 Non videtur autem hoc ita certum, vt oppoſitum careat fundamento. Nam Auditor præuidere debuit eum, quem ſubmittit, vt rem ſibi gratam faciat, minori quam poſſit pretio emendo, alijs clarè, aut per verſimiles conjecturas negotium detecturum. Cum enim hoc ita frequenter accidat, iuxta frequenter accidentia debuit iudicare: ſic enim vendi res indiſferentes nequeunt, quando vſus earum frequentior eſt peruerſus, iuxta dicta Tit. 1. num. 144. niſi cauſa rationalis ſit, pro quo videri poteſt Diana Part. 1. Tract. 8. Reſolut. 42. Vbi & Doctores adducit abſolute negantes, & admittentes, cum rationalis cauſa ſuppetit; præſertim ex Societate. In calu autem noſtro nulla rationalis cauſa aſſignari poteſt, quæ poſſit Auditoris appetentiã exulare. De quibus hæc ſatis.

Res indiſferentes quæ do vendi nequeant.

CAPVT VIII.

In recurſu per viam violentiæ, & ſimilibus, Indicos Auditores quomodo peccare contingat.

Quid Regis ſcriptis circa recurſum & alia ſtabilitum.

46 Circa hoc nec breuis, nec leuis extat Tit. 2. Cap. 7. diſcuſſio, vbi de Auditoris etiam dictum: hic tamen nonnullis additis ibi dicta comprobanda. Et quidem Indiciſ Auditoris per Regiã ſcripta cognitio violentiarum indicitur, cum eã tamen moderatione, quæ in Cancellarijs Valli-ſoletanã, & Granatenſi ſeruatur, nullã factã, neque quoad calu, neque quoad modum extenſione. Pro quo Dom. Solorzanus libr. 4. Cap. 3. num. 35. & in Politicã lib. 5. Cap. 3. s. Lo decimo, vbi & de retentione Bullarum, quæ Regio Patronatui officere poſſunt; ac de alijs, quibus per juſſiones Regias admonentur, vt attentæ ſint circa actiones, & viſitationes Religioſorum, & eorum Commiſſariorum, Vicariorum Generalium, Viſitatorum, & Conſeruatorum: & conſtituo de iniuſtitia, ac notoriã vexatione, quam faciunt, rectè ad oppreſſorum deſenſionem partes ſuas interponere poſſunt, licet hoc alias Auditoris Hiſpaniæ prohibitum ſit, & ſolum Regio Conſilio reſeruatum. l. 40. tit. 5. lib. 2. & l. 1. & 2. tit. 8. lib. 1. Hæc omnia ille, qui licet ita generaliter pro Religioſis ſtatuat, alio tamen loco quid ſit conuenientius, & à ſe præſcriptum exponit, vt vidimus citato Capite in fine.

Praxim Indiciã non videri Regiã diſpoſitioni conformem.

47 Circa quæ illud primò obſeruandum venit; aut limitationem, quam Regium reſcriptum apponit, vt ſcilicet indica Prætoria praxim omnino Pincianæ & Granatenſis Cancellariarum obſeruent, nullius eſſe roboris, aut illi ſe Præ-

toria Indica non accommodare, dum recurſum materiam videntur ampliari: & quidem cum recurſus ex eo iuſtificari dicatur, quòd in deſenſione iniquè vexati fundetur, quam ius naturale Regibus concedit, iuxta dicta Cit. Cap. num. 75. & 76. quidquid huiusmodi contigerit, in quo ſcilicet vexatio iniuſta reperiatur, patrocinio poteſt Regali componi. Iuxta hæc ergo nulla debet limitatio addi; quòd ſi additur, ſignum eſt rationem dictam non eſſe penitus efficacem. Prætereã. In Religioſis vexatio quæuis iniuſta recurſum admittit, iuxta dicta: ergo, & in alijs. Conſequentia patet: quia eadem eſt ratio, & fortè in ſæcularibus maior, quia Religioſi ob perfectionem ſui ſtatùs magis ad patientiam obligantur; neque amittere ea poſſunt in bonis temporalibus, & honoribus, quibus priuari poſſunt ſæculares: & hac fortãſe ratione Indica Prætoria ſuam poteſtatem extendunt; ob paritatem inquam rationis, vt non videantur in hoc ſuppofitã recurſum iuſtificatione ſaltem probabili, lethaliter peccare.

Ex Religioſis ad alios argumensum

Circa Religioſorum actiones qualiter attendere debeant, ex Regiã iuſſione.

48 Deinde cum ſpecialis attentio, circa actiones, & viſitationes Religioſorum Regiis Auditoris iniungatur, videtur ex officio poſſe nullo ſcilicet etiam petente circa huiusmodi partes ſuas interponere, & non tantum cum agitur de alicuius deſenſione, & certè ſi oppreſſio alicuius notoria eſſet, etiam ſi ille, quia nollet, aut non poſſet, Regio ſe auxilio non committeret; non deberet illud ſe oppreſſo denegari. Si enim ſuper Religioſorum actionibus vigilandum, ne quidquam ex illis communem pariat offenſionem, & ſi fræna relaxatis iniicienda: cur non & deſenſioni eorumdem applicanda procliuitas, vt qui onus ſentiunt, pariter commodum experiantur? Cum ſæpius etiam contingat non eſſe peiores, qui moleſtijs grauioribus opprimuntur. Poteſt autem iniuſta oppreſſio ex eo conici, ſi inter imprimentem, & oppreſſum notoria fuerint ſimilitates, & obtentã Prælatione pœnã infligi, vt vindictã ſeruiat, quòd redintegrandæ ſeruire debuerat charitati. Et hæc quidem attentio, quæ circa Religioſorum actiones Auditoribus Regiis adeò ſeriã admonitione præſcribitur, eos certè attentiores reddere debet, vt ita illas circumſpectas gerant, quòd nihil in illis poſſit animaduerſione dignum obſeruari. Indignum enim eſt, vt erga ſe incurioſus, ſit erga quem multorum oculi curioſius offenduntur. Vbi & notandum illud, circa aliorum actiones non ita ſollicitam ſpeculationem imperari: eã quidem perſuaſione, quòd Religioſorum actiones à moderatione alienæ, plus ceteris exitioſæ, & contrariæ bono publico reputantur. Cauent ergo Religioſi & ſibi & alijs; & ne toxica populis præbeant, qui præbere antidota debuiffent: ſintque tales in oculis hominum, quales in Dei, & Angelorum oculis ſint oportet; vt non multum ab eis circumſpectione dictã exigere videamur. Pro quo ſic Caſſianus libr. 6. Cap. 7. Dominus arbiter, atque agonotheta reſidens, pugnam curſus, & certaminis noſtri iugiter ſpectat, vt ea, que in propatulo horremus admittere, ne intrinſecus quidem coaleſcere incautã cogitatione patiamur; & in quibus humana cognitione conſundimur, ne occultã quidem conuenientiã polluamur. Quæ licet poſſit hominum prætereire notitiam,

Cur id ſpeciali.

Quanta inde Religioſi circumſpecti ſutura. Et munditia in Dei oculis.

Caſſianus

notitiam, ſanctorum tamen Angelorum, ipſuſque omnipotentis Deſicientiam, quam nulla ſubterfugium ſecreta, latere non poterit. Sic ille cuius vocem omnes vtinam, ſi audiendi habemus aures, audiamus. His præmiſſis

Aſſertio 1. Sententiam affirmantem non videri improbabilem.

Deciſio Rotæ contrarium indicans.

49 Dico primò: Recurſus ad Prætoria Indica quando eſt notoria, & manifeſta vexatio, & iuxta receptam praxim, non videtur vt improbabilis penitus condemnandus. Contrarium videtur exiſtimare Rota in Deciſione Anni 1595. quam adducit Diana Part. 5. in cuius fine ſic dicitur: quia autem nota cenſenda eſſet opinio Doctorum deſendenſum iſtos recurſus tamquam licitos; non erat huius tribunalis; cum cenſura ſuper doctrinarum, & opinionum, ad res præſertim Eccleſiaſtiæ pertinentium, approbatione vel reprobatione ad Romanum Pontificem pertinere noſtatur. Turecremata in Summa de Eccleſia lib. 2. Cap. 107. Sic ibi. & s. Hæc tamen ſic concluditur. Domini tales recurſus, tamquam illicitos numquam tolerandos cenſuerunt, in eaque re grauiſſimè lapſum Couarruuiam in practi. queſt. cap. 35. num. 3. & ceteros idem opinantes vno conſenſu affirmatum ſunt. Sic illi. Rotam ergo, quam ſibi alias competere negant, videntur expreſſiſſe, dum grauiſſimum lapſum ſe opinantium non dubitent pronuntiare, licet de qualitatè illius nihil dicant.

Alias eſſe fauentes. Et quid ad illas in prædicta Deciſione reſpondeatur.

50 Sed certè deciſiones aliarum apertiffimè fatent, de quibus ibidem: eas tamen vt explicant, ne contrariæ ſint, ita ſubdunt. Dicebant inſuper Domini, quòd licet prædictæ deciſiones Rotales, & alie ſimiles, veræ ſint, nihilominus Conſilia Regia, & alij iudices laici nihil aliud facere debent præter exhibere nudum auxilium ad manutentionem: nam ſi ad alia procederent, recurſus eſſet illicitus, & cauſares attentata. Lancellorus de Armentaris cap. 4. limitat. 1. num. 37. & 38. Vbi allegat aliquas deciſiones Rotales & Mandosius in Tractatu commiſſi in formula 14. in verbo, Reuocandi. verſ. Quarto quero; quamvis fatetur prædictas deciſiones eſſe iuri, & rationi conformes; tamen ne anſam præbeant Regibus, & quibusuis Dominis temporalibus intruſionem in cauſis beneficijs, & rebus, ac perſonis Eccleſiaſtiæ. Sic illi reſpondent.

Non ſatis facere euidenter ostenditur.

51 Qui quidem deciſiones Rotales veras eſſe fatentur, non damnantes recurſus: Atqui illæ non de recurſibus ad ſolum nudum auxilium brachij ſæcularis petendum agunt, ſed in formã conſuetã, ergo iuxta illam non veniunt penitus reprobandi, quod præſertim oſtenditur in Salmantina eiſdem anni die 24. Maij, de quã ibi, in ea enim apertè dicitur, quòd iſte recurſus ad deſenſionem propriæ poſſeſſionis, & appellatiõis admiſſionem, non eſt improbatuſ. Non ergo de nudo auxilio tantum agebatur. Accidit, quòd, vt ibidem dicitur initio deciſionis, vnus ex dominis Auditoribus cenſuit Paulum Lezanum, de cuius agebatur cauſa, non incurriſſe cenſuras propter recurſum ad laica tribunalia. Non eſt igitur ſententia iſta omnimodis reprobanda. Vnus enim Doctõr, & iudex ex ſelectiſſimis Orbis bene illi potuit auctoritatẽ conciliare. Sic Doctores, quos adducit Diana Part. 4. Tract. 4. Reſol. 30. & P. Fragoſus Tomo 1. pag. 445. num. 173. & ſeqq. ſunt autem præter illum plures alij, quorum Catalogus citatã in deciſione proponitur. Poſt illos autem pluriſimè alij idem tenentes prodie-

Vnus Doctorem ad conciliandam auctoritatem ſufficere.

runç, ab anno inquam 1595. de quibus citatõ cap. 7. quibus addendus illuſtriſſimus Villaroel Parte 1. Eccleſiaſtica, & Pacifica gubernationis, queſt. 1. Art. 12. num. 33. & Part. 2. Queſt. 12. Art. 5. num. 96. de quo & ſpeciale tractationem pollicetur.

52 His addendum præxim dictã complurium ſapientiã, probitate, & religione præſtantium auctoritate firmatam: eorum videlicet, qui Regum, Principum, Conſiliariorum, & iudicum ſic agentium conſeſſiones audiunt. Qui quidem illos, ſi in malã eſſe conſcientiã ſibi perſuaderent, non poſſent eiſdem abſolutionis beneficium impartiri. Sentiant ergo ſententiam, quam illi ſequuntur, aliquatenus probabilem, & licet probabilitas exigua ſit, cum videantur Pontifices circa hoc ſuam mentem declarãſſe, vſu tamen conſtat, & conſuetudine antiquiſſimã roboratã. Et licet communiter Doctores negent in materia immunitatis poſſe conſuetudinem præualere, quæ reprobata eſt in Cap. Nouerint. de ſententiã excommunicat. & in Authentica de ſacroſanctis Eccleſiis: & apertius, atque vrgentiùs quorãnis in Bulla Cœnæ: Pro quo videndus Diana Part. 1. Tract. 2. Reſolut. 4. Hic non ſolam conſuetudinem allegamus, ſed ſententiã fundamentis aliquibus communitam, quibus dicimus antiquam conſuetudinem poſſe verofimiliter copulari. Et quidem Diana ipſe Reſolut. 5. poſt adductos Doctores, qui dicunt aliquas conſuetudines contra libertatem Eccleſiaſticam excuſari poſſe ex tacito conſenſu Pontificis, quia ſcit & tolerat, ita inferit: Ergo non eſt verum dicere abſolute, quòd per publicationem Bullæ tollitur omnis conſenſus Pontificis: ſed dicendum eſt quòd ſtante publicatione Bullæ, quando adſit talis conſenſus Pontificis tacitus & approbatuſ colligendus erit prudenter, vt notat Malderus vbi ſupra, cum Henriquez ex rationibus, & coniecturis. Sed quia res eſt multum dubia, & periculoſa, videant Principes & Miniſtri laicaliſ iuriſdictionis, quid faciant. Sic ille. Conſuetudinem autem de qua loquimur ſcire & tolerare Pontifices, dubitari nequit; quòd autem poſitiuè reprobent, oſtendunt ea, quæ diximus Tit. 2. num. 73. & 74. at nihilominus ſtare poteſt ratio, & coniectura aliqua pro aliquali approbatione ex dictis ibidem, Num. antecedentibus, & ex eis, quæ aſſert P. Fragoſus Tom. 2. Pag. 206. ſ. contra verò.

Et in cauſa præſenti eſſe quamplurimos.

Et aliqualem conſenſum Pontificis

Diana

53 Quòd autem ſtare poſſit vt Pontifex aliquid & probet, & reprobet, probari poteſt ex facultate ad celebrandum in Oratorijs priuatis, quam ſibi ſoli reſeruare Pontifex colligitur ex ijs, quæ habent Diana Part. 9. Tract. 1. Reſolut. 24. Hieronymus Garcia ſect. 3. diſſicult. 8. Puncto 2. num. 15. alios citans. P. Quinaña Duenas. Tom. 1. Tract. 7. ſingul. 33. num. 7. Grauantis in Rubricis Miſſalis Part. 1. Tit. 20. lit. M. P. Mendus in Elucidatione Bullæ cruciatæ Diſp. 16. num. 3. & alij. Reddit autem rationem Paulus Quintus in ſuo decreto Anni 1615. propter abuſum ſcilicet, & irreuerentiam; cum tamen tam tremendo Euchariſtiæ Sacramento, & ſacrificio ſumma reuerentia debeatur. Vnde licentia talis diſſicilè, & cum limitationibus multis obtinetur; & tamen facultatem huiusmodi in Bullã Cruciatã concedi tenent multi; ex quibus Ludouicus à

Pontifex aliquando & concedere, & negare, ex Oratorijs priuatis conſeſſionem miniſtratur.



Cruce in explicatione Bullæ diſp. 1. Cap. 5. dub. 1. num. 5. P. Palauſ Tom. 4. Tract. 15. diſput. v. nica Puncto 6. num. 1. & ante eos Sotus in 4. diſp. 13. q. 2. art. 3. 5. lam verò. Quod & probabile cenſet Garcia ſuprà Puncto 3. num. 26. Diana etiam, qui ſententiam hanc reijciendam proſus affirmat. Parte 9. citata Reſolut. 23. contrariam docuerat Parte 5. Tract. 10. Reſolut. 76. cuius immemor videtur fuiſſe, cum nullam ejus faciat mentionem. Eſt ergo ſecundum citatos Doctores probabile Pontificem & probare & reprobare priuatam hanc celebrationem. Probat namque concedens Bullam, & ampliffimam quidem conſeſſione: reprobatur autem generali illa prohibitione. Pro quo eſſe rationabilis cauſa poteſt; vt dum reprobat, voluntatem, & inclinationem ſuam, attentam rei conuenientiã; oſtendat: dum autem probat, neceſſitate quadam id ſe facere proteſtetur, quia non expedit voluntati ſe poſtulantis contraire. Quod poteſt caſui, de quo diſſerimus, applicari.

Cuius ratio reddi- tur.

Aſſertio 2. In iudicijs aliquando ſtare re- curſum ſine ſcrupulo poſſe.

Neque vr- gere Bul- lam Ce- nã.

Circa quam P. Fragoſus minus con- ſequenter locutus dicitur.

Appellatio quid.

caſu vrgenti poſſit auxiliari: vnde eſt quaſi genu in definitione appellationis, quaſi etiam deſinitur: iuxta lib. 1. 5. Si quis in appellatione. D. de ap- pellant. & relat. Eſt reſcuſus à minori, ad maiorem iudicem. Alia ergo videtur citati Auctoris mens; ſcilicet excommunicari prætextentes friuolam ap- pellationem, niſi verè ipſa appellatio merus re- curſus ſit, qui in caſu vrgenti, de quo loquimur, cum licitus ſit, etiam eſt ab excommunicatione proſus immunis. Quod ſi aliud quid voluit, non eſt multum circa illius intelligentiam im- morandum, qui illam potuit apertam reddidiſ- ſe. Vnde ad alia contendamus.

Citati Au- toris mens.

C A P V T IX.

Circa Religioſorum iudices Conſerua- tores qualiter Auditores Indicos ſit peccare contingens.

§. I.

Aſſertiones quatuor deciſiue.

56 Dico primò. Grauius peccant Au- ditores Indici, ex generali quadam perſuaſione de non conuenientiã talium iudicum, aut alio non legitimo reſpectu, eorum iuriſdictionem impediunt. Id conſtat: quia iuri Pontificio, & Regio ſe cum eorum iniuriã opponunt: Pontificium quidem cum in Decretalibus Cap. 1. & vltimo de officio iudicis dele- gati, & in diuerſis conſtitutionibus, quibus generaliter modus procedendi eorum diſponitur, & alijs pluribus, quaſi Religionibus ſingulis hunc modum assignant efficaciſſimam deſenſionis. Pro quo & ſunt Lex 1. & 2. Tit. 15. libr. 2. Recopilat. de quibus P. Fragoſus Tom. 2. pag. 470. num. 72. Reges etiam noſtri Audiendiſ Indiarum mode- rationem in talium iudicium permiſſione præſcri- bunt, de quibus Dom. Solorzanus lib. 3. Cap. 26. num. 113. & in Politicã lib. 4. Cap. 26. pag. 736. 5. T. paraque & ſeqq. ſupponunt ergo magnam eſſe in eorum nominatione conuenientiam, & ita illã generaliter reprobare, nec velle oculis clauſiſſis ad- mittere, non ſine ingenti temeritate, & mani- feſtã iniuſtitia ſtare poteſt; cum Religioſi iure ſuo in re adeò graui ſpolientur. Pro quo videri po- teſt Dom. Solorzanus ſuprà numer. 115. Inde eſt impediendes excommunicari poſſe, quod graue eorum crimen indicat. Vide P. Frago- ſum pag. 465. num. 8.

Aſſertio. Auditores grauius peccant no- lentes iu- dices Con- ſeruatoris admittere quos Iura concedunt.

57 Dico ſecundò. Auditores Indici non peccant, dum Conſeruatores procedere in cauſa prohibent, donec coram ipſis nominationis red- datur ratio, vt perſpiciant, an iniuria notoria ſit, quaſi ſola poteſt iuriſdictioni Conſeruatorum materiam exhibere. Id probò: nam circa hoc leges extant; & licet videantur Eccleſiaſtica con- trariã libertati; cum tamen à Regibus Catholi- cis lata ſint, & communiter receptæ; non ad eos ſpectat earundem examen, ſed iuxta ipſas pro- cedere, iuſtificationem earum ſupponentes, cum ab iis ſint conditæ, qui id melius antequam ſta- tuerent, peruiderunt. Quæ eſt doctrina Aristo- telis lib. 2. Rhetor. illis verbis. Vel ſi ita illi iudica- runt, contra quos ſtatueri nihil licet, vt qui domini ſunt,

Aſſertio 2. Non pec- care ſe legi- bus pro- greſſum prohiben- tibus con- formantib.

Obedientiã legibus, ſine earum exa- mine ſunt.

unt, aut quibus non honeſtum eſt contradicere. Sic il- le. Hinc Doctores communiter cenſent ſubdi- tos teneri ſeruare leges, de quibus an ſint iuſtæ dubitatur, ex quibus plures adducit Bonacina. Tom. 2. Diſput. 1. Queſt. 1. Puncto 7. numer. 11. quos & ſequitur, & vt non teneantur, poſſe ta- men dubium præctice deponendo, communiffi- ma ſententia eſt, pro qua vide præter citatos, Dia- nam Part. 4. Tract. 3. Reſolut. 9. & Mag. Galle- gos Tractatu de Conſcientia dub. 93. qui plures congerunt, & quidem, qui obligationem eſſe aiunt, id potiùs aſſerunt, cum magis ſit teneri, quam poſſe: qui autem contrarium cenſent, probabilem ſua oppoſitam reputant opinionem, vnde & eſſe probabiliter obligatos & conſequen- ter poſſe talibus ſe legibus confirmare. Quæ do- ctrina alijs applicanda.

Eriam cum de iu- ſtificatione earum du- bitatur.

Aſſertio 3. Non pec- care, ſi non ſint in approbatio- ne faciles.

Cap. Hac conſtitu- tione.

Aſſertio 4. Non pro quibuslibet iniurijs etiam no- torijs ap- probandis.

Emmanuel Rodericus.

Aſſertio 5. Peccare grauius

58 Dico terciò. Auditores Indici nullo modo peccant, ſi non ſint faciles in talibus iudicibus approbandis. Hoc conſtat: quia & illis ita per leges indicatur, & præterea Iudices huiusmodi multoties tumultuariè nominantur, ex quo ſequitur, neque legitimam eſſe nominationem, & ex eã gratia inconuenientia proſperere, & tur- bas implacabiles excitari. Aliqua huius generis experimento perdidici, vnde & alijs prudenter obuiandum. Et de exceſſibus huiusmodi admo- net Emmanuel Rodericus Tom. 1. Queſt. 65. Art. 11. §. ex dictis, & ſequente. Et iam pridem Bonifacius Octauus in Cap. Hac Conſtitutione, de officio iudicis delegati in Sexto; vbi illa ipſius verbis: Vt autem Conſeruatoris limites ſibi tradita po- teſtatis, quos frequenter excedunt. &c.

59 Dico quartò. Auditores Regij non tenentur approbare Conſeruatorum pro quibuslibet iniurijs nominatos, etiamſi illa notoria ſint. Probatur. Quia potuit eſſe iniuria notoria, non tamen notabilis, quaſi debeat adeò extraordi- nario iudicio vindicari. Pro quo ita ſcribit Fr. Emmanuel ſuprà: ſi aliquis furore cholera accenſus dicat Fratribus, quod velint noſtri, debet ingredi monaſte- rium, & ingrediatur de factio, nulla laſione ſecutã: ſi ſtatim à tali furore deſſat, & relinquat eos in ſua pacifica poſſeſſione, non eſt dictus reus coram con- ſeruatore iudice conueniendus, cum in hoc parum le- ſum fuerit monaſterium, & de minimis non eſt cu- randum, & eorum Fratrum poſſeſſio non ſuit per- turbata; cum ſtatim in ea pacifici fuerint reſtiſi ſine aliqua, vt dictum eſt, laſione & notabili violentiã. Sic ille. Iuxta quam doctrinam alij ſunt caſus ſi- milis iudicandi, in quibus licet facta ſit iniuria, aut damnum non relinquatur, aut ſatisfactio offeratur; & tales eſſe ſolent personales, niſi quando perſonæ iniuria in damnum commune redundat; vt ſi alicui propterea fiat, quia in eius religione non recognoſcitur priuilegium, quod illi poſſit fauere, vt exemptionis generalis, vel in ordine ad aliqua: vnde in conſeruatoriis à Pontificibus concedi ſolitis deſenſio iurium & priuilegiorum exprimitur.

§. II.

Aſſertio quinta magis ſpecialis.

60 Dico quintò. Peccant grauius Auditores Indici, ſi ad approbandam nomi-

nationem Conſeruatorum requirant notorias iniurias iuxta generalem doctrinam Canonum, & præſertim Cap. Statuimus de officio Iudicis dele- gati in Sexto, in quo ſic ſtatuit Innocentius Quar- tus: ſtatuiſſimus vt Conſeruatores, quos plerumque con- cedimus, à maniſeſtis iniurijs & violentijs defendere poſſint, quos eis committimus defendendos. Nec ad alia, qua iudicalem indaginem exigunt, ſuam poſſint extendere poteſtatem. Sic Pontifex: dicuntur au- tem indaginem requirere, quaſi cum notoria non ſint, debent per probationes varias explo- rari: iuxta Gloſſam & Doctores communiter. Peccant inquam, quia poſſunt eſſe priuilegia, in quibus iudicialis indago concedatur, quod Gloſſa obſeruat, ſic dicens: & iſta vera ſunt, niſi per priuilegia (al. priuilegijs) iſtorum Religioſorum, vel aliorum, quibus dati ſunt Conſeruatores, aliud dice- retur, videlicet, vt poſſent cognoscere de iniurijs, & alijs cauſis, etiamſi requirerent iudicalem indagi- nem, & communiter in priuilegijs apponitur illa clau- ſula. Sic Gloſſa. Quod autem in priuilegijs, vt teſtatur, apponi ſoleat dicta clauſula, maniſeſtum eſt in iis, quaſi Mendicantes præſertim habent, ex quibus Societas noſtra ampliffimo gaudet Pij V. & Gregorij XII. tum generali, tum pro Indi- iſi ſpeciali, quo alia fruuntur, communica- tionem habentes. Verba Gregorij inter alia hæc ſunt: in Bulla quaſi incipit: Equum reputamus. Et conſeſſionem Pij habet inſertam ad litteram: Hoc non de quibuslibet moleſtijs, iniurijs, damnis, tum præſentibus, & futuris; in illis videlicet, quaſi iudicia- lem requirerent indaginem, ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, in alijs vero, prout eorum qualitas exegerit, iuſtitiæ comple- mentum: occupatores, ſeu detentores, præſumptores, & iniuriatores huiusmodi, nec non contradicentes quoſlibet, & rebelles, etiamſi alias, quam vt præſertur, qualificati exiſterent, quancumque, & quocumque que expediret, auctoritate Apoſtolicã per ſententias, cenſuras, & penas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna ir- ris & facti remedia, appellatione poſtpoſita à compeſcen- dos &c. Hinc eſt, vt adducta Decretalis deci- ſio hodiè ferè inutilis ſit, vt cum Ioanne Andrea Archidiacono, Dominico, & Reſuſſo affirmat Emmanuel ſuprà §. Nec his. Cum conformior forma recepta ſit & quidem meritiſſimè; nam ad eludendam, & elidendam notorietatem iniuria poſſunt euasiones multiplices inueniri; vt videri apud citatos poteſt, & etiam apud Silueſtrum. V. Conſeruator. Qui Gloſſam Ioannis Andrea ad verbum tranſcripſit, & apud P. Fragoſum. Tomo 2. lib. 4. Diſp. 12. qui n. 6. §. Porro, ait vix reperiri poſſe tam notorium, quod non poſſit aliqua executione obtenebricari.

iuxta ge- neralem Canonum doctrinam proceden- tes.

Priuilegia Religionũ qua iudicalem indagam requirunt.

Et ſpecialia Societatis.

Vide Cap- dinalium Lugo in Reſpon- ſis moral. Lib. 4. Dub. 38. n. 8. Decretalẽ hodiẽ eſſe inutilem.

Quorumdam Scrip- torum do- ctrinam non obſta- re, quando expreſſum habetur priuilegiũ.

61 Neque his obſtat quorundam ſcripto- rum doctrina, dicentium Conſeruatorum munus tantum eſſe defendere à maniſeſtis iniurijs, & ita licet litteræ habeant hæc verba. In quibuscum- que cauſis, iuxta prædictum ſententiam eſſe interpre- tanda: ſic P. Fragoſus ſuprà num. 4. qui plures Auctores adducit; cum tamen illi tantum gene- raliter loquantur, & non in caſu præſenti, quan- do ſcilicet additur. In quibuscumque cauſis: vt vi- deri præſertim poteſt apud P. Suarium Tom. 5. in 3. partem, diſput. 31. ſect. 3. num. 17. P. Molinam Diſput. 29. de iuriſdictione, num. 2. & 6. P. Azor Tomo 2. Lib. 5. Cap. 35. Queſt. 7. & 13, Ludouic- cum